

ANTIPHONALE
ROMANUM
II

LITURGIA HORARUM IUXTA RITUM ROMANUM

ANTIPHONALE ROMANUM

IN CANTO GREGORIANO
AD EXEMPLAR ORDINIS CANTUS OFFICII DISPOSITUM

II

AD VESPERAS IN DOMINICIS ET FESTIS

CURA SCRIPTORII PALEOGRAPHICI SOLESMENSIS PRÆPARATUM



SOLESMIS

MMIX

ANTIPHONALE ROMANUM II

AD VESPERAS

ORDINARIUM:

Dominica Hebdomadæ I

Dominica Hebdomadæ II

Dominica Hebdomadæ II

Dominica Hebdomadæ IV

OFFICIUM DEFUNCTORUM

TONI COMMUNES

APPENDIX

ORDINARIUM

DOMINICA HEBDOMADÆ I

AD I VESPERAS

Ritus initialis

℣. Deus, in adiutórium meum inténde. (Cf. p. 737).

℟. Dómine, ad adiuvándum me festína.

Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

Tempore Quadragesimæ, omittitur allelúia.

Hymnus

VIII

D

E- us, cre- á- tor ómni- um po- lí- que rector, vé- sti-

ens di- em de- có- ro lúmi- ne, noctem sopó- ris grá- ti- a,

2. Artus so- lú- tos ut qui- es reddat labó- ris ú- su- i mentés-

que fes- sas álle- vet luctúsque solvat ánxi- os, 3. Gra- tes pe-

rác- to iam di- e et noctis ex- órtu preces, vo- ti re- os ut

ádiuves, hymnum canéntes sólvimus. 4. Te cordis ima cón-



ci-nant, te vox canó-ra cóncre-pet, te dí-li-gat castus a-
 mor, te mens adó-ret sóbri-a, 5. Ut cum pro-fúnda cláuse-
 rit di-em ca-lí-go nócti-um, fides te-né-bras nésci-at
 et nox fi-de re-lú-ce-at. 6. Christum ro-gá-mus et Patrem,
 Christi Pa-trísque Spí-ri-tum; unum pot-ens per ómni-a,
 fove pre-cántes, Trí-ni-tas. A-men.

Antiphona I

Ps 140, 1

viii g

D Omine,* clamá-vi ad te, ex-áudi me. E u o u a e.
 Quæ, ad libitum, non repetitur in psalmo.

PSALMUS 140

IN PERICULIS ORATIO

*Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram
 Deo (Ap 8, 4).*

- 1 Dómine, clamávi ad te, ad me festína ; *
inténde voci meæ, cum clamo ad te.
- 2 Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo, *
elevátio mánuum meárum ut sacrificium vespertínium.
- 3 Pone, Dómine, custódiam ori meo *
et vigíliam ad óstium labiórú meórum.
- 4 Non declínes cor meum in verbum malítiæ *
ad machinándas machinatiónes in impietáte
cum homínibus operántibus iniquitátem ; *
et non cómedam ex delíciis eórum.
- 5 Percútiat me iustus in misericórdia et increpet me ; † óleum
autem peccatóris non impínguet caput meum, *
quóniam adhuc et orátio mea in malítiis eórum.
- 6 Deiécti in manus duras iúdicum eórum, *
áudient verba mea, quóniam suávia erant.
- 7 Sicut frusta dolántis et dirumpéntis in terra, *
dissipáta sunt ossa eórum ad fauces inférni.
- 8 Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei ; *
ad te confúgi, non effúndas ánimam meam.
- 9 Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi, *
et a scándalis operántium iniquitátem.
- Glória Patri, et Filio *
et Spíritui Sancto.
- Sicut erat in princípío, et nunc et semper, *
et in sǽcula sǽculórum. Amen.


Hic versus Gloria Patri de more cantatur in fine omnium psalmo-
rum et canticorum, nisi aliter notatur. In fine psalmi repetitur an-
tiphona, et sic fiat in fine omnium psalmorum et canticorum.

Antiphona 2


Ps 141, 6

viii g

P



Orti· o me- a, Dómi-ne, * sit in terra vi-vénti- um.



E u o u a e.

PSALMUS 141

TU ES REFUGIUM MEUM

Hæc omnia in Domino tempore passionis impleta sunt (S. Hilarius).

- 2 Voce mea ad Dóminum **clamo**, *
voce mea ad Dóminum **déprecor**;
- 3 effúndo in conspéctu eius lamentatiónem **meam**, *
et tribulatiónem meam ante ipsum **pronúntio**.
- 4 Cum déficit in me spíritus **meus**, *
tu nosti **sémitas meas**.
In via, qua ambulábam, *
abscondérunt láqueum **mihi**.
- 5 Considerábam ad dexteram et vidébam, *
et non erat qui cognósceret me.
Périit fuga **a me**, *
et non est qui requírat **ánimam meam**.
- 6 Clamávi ad te, Dómine; † dixi: «Tu es refúgium **meum**, *
pórtio mea in terra **vivéntium**.
- 7 Inténde ad deprecatiónem **meam**, *
quia humiliátus sum **nimis**.
Líbera me a persequéntibus **me**, *
quia confortáti sunt **super me**.
- 8 Educ de custódia **ánimam meam** *
ad confiténdum nómini **tuo**;
me circúmdabunt **iusti**, *
cum retribúeris **mihi**».


Antiphona 3

Phil 2, 8.9

if

H Umi- li- á-vit semet- ípsum * Dómi-nus Ie- sus,

propter quod et De- us ex-al-távit il- lum in sæcu-la.



E u o u a e.

CANTICUM Phil 2, 6-11

DE CHRISTO, SERVO DEI

- 6 Christus Iesus, cum in forma **Dei** esset, *
 non rapinam arbitrátus est esse se *æquálem Deo*,
 7 sed semetípsum exinanívit formam **servi** accípiens, *
 in similitúdinem **hóminum factus**;
 et hábitu invéntus ut homo, † 8 humiliávit semetípsum factus
 obcédiens **usque ad mortem**, *
 mortem *autem crucis*.
 9 Propter quod et Deus illum exaltávit † et donávit **illi nomen**, *
 quod est super *omne nomen*,
 10 ut in nómine Iesu omne **genu flectátur** *
 cæléstium et terréstrium et **infernórum**,
 11 et omnis lingua **confiteátur**: *
 «Dóminus Iesus Christus!», in glóriam Dei **Patris**.

Lectio brevis

Rom 11, 33-36

O altitúdo divitiárum et sapiéntiæ et sciéntiæ Dei! Quam incomprehensibília sunt iudícia eius et investigábiles viæ eius! Quis enim cognóvit sensum Dómini? Aut quis consiliárius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei? Quóniam ex ipso et per ipsum et in ipsum ómnia. Ipsi glória in sácula. Amen.

Post lectionem

Ps 103, 24



Ÿ. Omni- a in sa-pi- énti- a fe- cís-ti. Ÿ. Gló-ri- a Patri, et



Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

Antiphona ad Magnificat invenitur in Proprio.

Magnificat in diversis tonis invenitur in appendice, p. 767 sqq.

Preces

Uni Deo, Patri et Filio et Spirítui Sancto, glóriam dicéntes, †
humíliter deprecémur:

℟. Adésto pópulo tuo, Dómine.

Dómine sancte, Pater omnípotens, fac ut in terra nostra oriátur
iustítia, et sedébit pópulus tuus in pulchritúdine pacis. ℟.

Da plenitúdinem géntium in regnum tuum intráre, et sic omnes
pópuli salvi fient. ℟.

Præsta ut in tua pace cóniuges máneant et voluntáte, atque in
mútua semper caritáte vivant. ℟.

Remunerári dignáre, Dómine, omnes nobis bona faciéntes, et
vitam ætérnam da eis. ℟.

Odio et bellis perémptos réspice miserátus, eos in cæléstem ré-
quiem dignáre suscípere. ℟.

Pater noster, p. 758.

Oratio conclusiva invenitur in Proprio.

Ritus conclusionis, p. 761.

AD II VESPERAS

Ritus initialis invenitur p. 737.

Hymnus

VIII

L




U-cis cre- á- tor óp-time, lu-cem di- é- rum pró-fe-



rens, primórdi- is lu-cis no-væ mundi pa-rans o-rí- gi- nem ;



2. Qui mane iunctum véspe- ri di- em vo-cá- ri præ-ci- pis :



tætrum cha- os il-lá-bi- tur ; audi pre-ces cum flé- ti- bus.



3. Ne mens gra-vá- ta crími- ne vi- tæ sit exsul mú- ne- re,




dum nil per-énne có-gi- tat se-sé- que cul- pis íl- li- gat.




4. Cæ-ló- rum pul- set ín- timum vi- tá- le tol- lat præmi- um ;



vi- témus omne nóxi- um, purgé- mus omne pés- simum.



5. Præsta, Pa- ter pi- ís- si- me, Patri- que compar U- ni- ce, cum



Spí- ri- tu Pa- rácli- to regnans per omne sæcu- lum. A- men.

Antiphona 1

Ps 109, 2

1 a 2

V Irgam * virtú-tis tu- æ emít-tet Dómi-nus ex

Si- on: domi-ná- re in mé-di- o in-imi-có-rum tu- ó-rum.

E u o u a e.

PSALMUS 109

MESSIAS REX ET SACERDOS

Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius (1 Cor 15, 25).


- 1 Dixit Dóminus **Dómino meo** : *
«Sede a **dextris meis**,
donec ponam inimícos **tuos** *
scabéllum pedum **tuórum**».
- 2 Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex **Sion** : *
domináre in médio inimicórum **tuórum**.
- 3 Tecum principátus in die virtútis tuæ, † in splendóribus **sanctis**, *
ex útero ante lucíferum **genui** te.
- 4 Iurávit Dóminus et non pænitébit eum : *
«Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Mel**chíse-**
dech».
- 5 Dóminus a **dextris tuis**, *
conquassábit in die iræ suæ **reges**.
- 7 De torrén-te in **via bibet**, *
proptérea exaltábit **caput**.

Antiphona 2

Cf. Ex 13, 14

D

E X Æ-gýpto * e-du-xís-ti nos, Dómi-ne.



E u o u a e.

PSALMUS 113 A

ISRAEL EX ÆGYPTO LIBERATUR

*Cognoscite etiam vos exiisse ab Ægypto, qui huic sæculo renuntiastis
(S. Augustinus).*


- 1 In éxitu Israel de **Ægýpto**, *
domus Iacob de pópulo **bárbaro**,
- 2 factus est Iuda sanctuárium **eius**, *
Israel potéstas **eius**.
- 3 Mare vidit et **fugit**, *
Iordánis convérsus est **retrórsum** ;
- 4 montes saltavérunt ut **aríetes**, *
et colles sicut agni **óvium**.
- 5 Quid est tibi, mare, quod **fugísti**? *
Et tu, Iordánis, quia convérsus es **retrórsum**?
- 6 Montes, quod saltástis sicut **aríetes**, *
et colles, sicut agni **óvium**?
- 7 A fácie Dómini contremísce, **terra**, *
a fácie Dei **Iacob**,
- 8 qui convértit petram in stagna **aquárum** *
et sílicem in fontes **aquárum**.

Tempore per annum, canticum Novi Testamenti canitur modo responsoriali, cum Alleluia.

Aliis temporibus, canticum Novi Testamenti canitur modo troparii, cum Alleluia et antiphona.


CANTICUM Cf. Ap 19, 1-2. 5-7

DE NUPTIIS AGNI



S


A-lus et gló-ri- a et virtus De- o nostro, R. Alle-lú-




ia. V. Qui- a ve- ra et iusta iu- dī- ci- a e- ius, R. Alle- lū- ia,
 alle- lū- ia. V. Laudem dī- ci- te De- o nostro, omnes servi
 e- ius, R. Alle- lū- ia. V. Et qui timé- tis e- um, pu- sī- li et ma-
 gni, R. Alle- lū- ia, alle- lū- ia. V. Quó- ni- am regná- vit Dó-
 mi- nus, De- us noster omní- pot- ens, R. Alle- lū- ia. V. Gaude- á-
 mus et exsultémus et demus gló- ri- am e- i, R. Alle- lū- ia,
 alle- lū- ia. V. Qui- a vené- runt núpti- æ Agni, R. Alle- lū- ia.
V. Et uxor e- ius præpará- vit se, R. Alle- lū- ia, alle- lū- ia.
V. Glóri- a Patri, et Fí- li- o, R. Alle- lū- ia. V. et Spi- rí- tu- i Sanc-



to. *R.* Alle- lú- ia, al-le-lú-ia. *Y.* Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et



nunc et semper, *R.* Alle-lú-ia. *Y.* et in sæcu-la sæculórum. A-



men. *R.* Alle- lú- ia, al-le-lú-ia.

Lectio brevis

2 Cor 1, 3-4


Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiárum et Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra, ut possimus et ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiónem, qua exhortámur et ipsi a Deo.

Post lectionem


Dan 3, 56

R. br.


B



Ene-díctus es, Dómi-ne, * In firmamén- to cæ- li.



Y. Et laudábi- lis et glo-ri- ó-sus in sæ-cu-la. *Y.* Gló-ri- a Pa-



tri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Antiphona ad Magnificat in Proprio.

Magnificat in diversis tonis invenitur in appendice, p. 767 sqq.

Preces

Christum Dóminum adorántes, qui est caput nostrum et cuius nos membra sumus, cum exsultatióne **clamémus** :

R. Advéniat regnum tuum, **Dómine**.

Ecclésiám tuam, Salvátor noster, unitátis géneris humáni viví-
dius constitúe **sacraméntum**, et effícius cunctis géntibus salutis
mystérium. **R.**

Episcopórum collégio cum Papa nostro semper **adésto**, iisque
unitátis, caritátis pacisque dona **largíre**. **R.**

Fac ut árctius uniántur tibi divíno cápiti **christiáni**, et regnum
tuum testimonio vitæ **procláment**. **R.**

Pacem mundo præstare **dignéris**, ut secúritas et tranqúillitas
ubique **floréscant**. **R.**

Novíssimæ resurrectióis glóriam concéde **defúntis**, et illórum
nos beatitúdinis fac esse **consórtes**. **R.**

Pater noster, p. 758.

Oratio conclusiva invenitur in Proprio.

Ritus conclusionis, p. 761.

DOMINICA HEBDOMADÆ II

AD I VESPERAS

Ritus initialis


V. Deus, in adiutórium meum inténde. (Cf. p. 737).

R. Dómine, ad adiuvándum me festína.


Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípío, et
nunc et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

Tempore Quadragesimæ, omittitur allelúia.


Hymnus

R 


E-rum, De- us, fons ómni- um, qui, re-bus actis óm-




ni-bus, to-tí-us orbis ámbi-tum censu re-plé-sti mún-e-rum,



2. Ac, mo-le tan-ta cóndi-ta, tandem qui-é-tem dí-ce-ris




sumpsísse, dans labó-ri-bus ut nos le-vémur grá-ti-us:




3. Concé-de nunc mor-tá-li-bus de-flé-re vi-tæ crí-mi-na,




instá-re iam virtú-ti-bus et mune-rá-ri prós-pe-ris, 4. Ut




cum tremé-ndi iú-di-cis horror supré-mus coé-pe-rit, læ-té-



mur omnes ínvi-cem pa-cis re-plé-ti mún-e-re. 5. Præsta, Pa-



ter pi-ís-sime, Pa-trí-que compar U-ni-ce, cum Spí-ri-




Antiphona I


Ps 12, 4

VIII C

I



Llúmi-na * ó-cu-los me-os, Dómi-ne.



E u o u a e.

PSALMUS 118, 105-112

XIV (Nun)

MEDITATIO VERBI DOMINI IN LEGE

Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem (Io 15, 12).

- 105 Lucérna pédibus meis verbum **tuum** *
et lumen **sémitis** **meis**.
- 106 Iurávi et **státui** *
custodíre iudícia iustítiæ **tuæ**.
- 107 Humiliátus sum usque**quáque**, *
Dómine, vivífica me secúndum **verbum tuum**.
- 108 Voluntária oris mei beneplácita sint, **Dómine**, *
et iudícia **tua doce** me.
- 109 Anima mea in mánibus meis **semper**, *
et legem tuam non **sum oblítus**.
- 110 Posuérunt peccatóres láqueum **mihi**, *
et de mandátis tuis non **errávi**.
- 111 Heréditas mea testimónia tua in **ætérum**, *
quia exsultátio **cordis mei** sunt.
- 112 Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificatiónes **tuas** *
in **ætérum**, in **finem**.

Antiphona 2

Ps 15, 1

C ^{11 d}

Onsérvame, Dómi-ne, * quóni- am in te spe-
rá-vi. E u o u a e.

Quæ, ad libitum, non repetitur in psalmo.

PSALMUS 15

DOMINUS PARS HEREDITATIS MEÆ

Deus suscitavit Iesum solutis doloribus mortis (Act 2, 24).

- 1 Consérvame, **Deus**, *
quóniam sperávi **in** te.
- 2 Dixi Dómino: «Dóminus meus **es** tu, *
bonum mihi non est **sine** te».
- 3 In sanctos, qui sunt in terra, ínclitos **viros**, *
omnis volúntas mea **in** eos.
- 4 Multiplicántur dolóres eórum, *
qui post deos aliénos acceleravérunt.
Non effúndam libatiónes eórum de sanguínibus *
neque assúmam nómina eórum in lábiis **meis**.
- 5 Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis **mei**: *
tu es qui délines sortem **meam**.
- 6 Funes cecidérunt mihi in præcláris; *
ínsuper et heréditas mea speciósa est **mihi**.
- 7 Benedícám Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum; *
ínsuper et in nóctibus erudiérunt me renes **mei**.
- 8 Proponébám Dóminum in conspéctu meo **semper**; *
quóniam a dextris est mihi, non commovébór.
- 9 Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultavérunt præcór-
dia **mea**; *
ínsuper et caro mea requiétet **in** spe.
- 10 Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno *
nec dabis sanctum tuum vidére corruptiÓNem.

11. Notas mihi fácies vias vitæ, † plenitúdinem lætitiæ cum vultu tuo, *
delectatiónes in dextera tua usque in finem.

Antiphona 3

Sap 10, 14; Sir 15, 6

1f

E-dit il-li Dómi-nus * cla-ri-tá-tem æ-térnam, et
nómi-ne æ-térno he-re-di-tá-vit il-lum. E u o u a e.

CANTICUM Phil 2, 6-11

DE CHRISTO, SERVO DEI

6. Christus Iesus, cum in forma **Dei esset**, *
non rapínam arbitrátus est esse se æquálem **Deo**,
7. sed semetípsum exinanívit formam **servi accípiens**, *
in similitúdinem hóminum **factus**;
et hábitu invéntus ut homo, † 8. humiliávit semetípsum factus
obcédíens **usque ad mortem**, *
mortem autem **crucis**.
9. Propter quod et Deus illum exaltávit † et donávit illi **nomen**, *
quod est super omne **nomen**,
10. ut in nómine Iesu omne **genu flectátur** *
cæléstium et terréstrium et **infernórum**,
11. et omnis lingua **confíteátur**: *
«Dóminus Iesus Christus!», in glóriam Dei **Patris**.

Lectio brevis

Col 1, 2b-6a

Grátia vobis et pax a Deo Patre nostro. Grátias ágimus Deo Patri Dómini nostri Iesu Christi semper pro vobis orántes, audiéntes fidem vestram in Christo Iesu et dilectiónem, quam habétis in sanctos omnes, propter spem, quæ repósita est vobis in cælis, quam

ante audístis in verbo veritátis evangélli, quod pervénit ad vos, sicut et in univérso mundo est fructíficans et crescens sicut et in vobis.

Post lectionem

Ps 112, 3-4

g. br.

A so- lis ortu usque ad occá-sum, * Laudábi- le no-
men Dómi-ni. † Super cæ-los gló-ri- a e- ius. † Gló-ri- a
Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i Sancto.

Antiphona ad Magnificat invenitur in Proprio.

Magnificat in diversis tonis invenitur in appendice, p. 767 sqq.

Preces

Deus plebem, quam elégit in hereditátem suam, ádiuvat et tuétur, ut sit beáta. † Ei grátias agámus et pietátis eius mémores clamémus:

℟. In te, Dómine, confidimus.

Orámus te, Pater clementíssime, pro Papa nostro N. et Epíscopo nostro N., * prótege illos et tua virtúte sanctífica. ℟.

Infirmi se Christi sócios passiónum séntiant, et consolatiónis eius semper partícipes. ℟.

Réspice in tua pietáte tecto caréntes, ut locum dignæ habitatiónis váleant inveníre. ℟.

Fructus terræ dare et conserváre dignéris, ut panem omnes cotidiánum repériant. ℟.

(vel :

Gentem nostram a malo defénde propítius, ut tua pace et prosperitáte fruátur. ℟.)

Tu, Dómine, magna defúntos pietáte proséquare, mansiónem eis concéde cæléstem. *R.*

Pater noster, p. 758. Oratio conclusiva invenitur in Proprio.

Ritus conclusionis, p. 761.

AD II VESPERAS

Ritus initialis invenitur p. 737.

Hymnus

VIII

O

lux, be- á-ta Trí-ni- tas et princi- pá-lis Uni- tas,

iam sol re-cé-dit ígne- us: infúnde lumen córdi-bus. 2. Te

ma-ne laudum cármine, te depre-cémur véspe-re; te nostra

supplex gló- ri- a per cuncta laudet sá-cu-la. 3. Christum

ro-gámus et Patrem, Chris-ti Patrísque Spí-ri- tum; unum pot-

ens per ómni- a, fo-ve pre-cántes, Trí-ni- tas. A-men.

Antiphona 1

Ps 109, 4

viii g.

I

Ur-á-vit Dómi-nus * et non pæ-ni-té-bit e- um : Tu

es sa-cér-dos in æ-tér-num. E u o u a e.

PSALMUS 109

MESSIAS REX ET SACERDOS

*Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius
(1 Cor 15, 25).*

- 1 Dixit Dóminus Dómino meo : *
«Sede a dextris meis,
donec ponam inimicos tuos *
scabéllum pedum tuórum».
- 2 Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex Sion : *
domináre in médio inimicórum tuórum.
- 3 Tecum principátus in die virtútis tuæ, † in splendóribus sanctis, *
ex útero ante lucíferum genui te.
- 4 Iurávit Dóminus et non pænitébit eum : *
«Tu es sacérdos in ætérnum secúndum ór-dinem Melchíse-dech».
- 5 Dóminus a dextris tuis, *
conquassábit in die iræ suæ reges.
- 7 De torrén-te in via bibet, *
proptérea exaltábit caput.


Antiphona 2

Ps 113b, 18

per.

N

OS qui ví-vimus, * be-ne-dí-cimus Dó-mi-no.



PSALMUS 113 B

LAUS VERI DEI

Conversi estis ad Deum a simulacris servire Deo vivo et verò (1 Th 1, 9).

- 1 Non nobis, Dómine, non nobis, † sed nómini tuo da glóriam *
super misericórdia tua et veritate tua.
- 2 Quare dicent gentes: *
«Ubi est Deus eórum?».
- 3 Deus autem noster in cælo; *
ómnia, quæcúmque vóluit, fecit.
- 4 Simulácra géntium argéntum et aurum, *
ópera mánuum hóminum.
- 5 Os habent et non loquéntur, *
óculos habent et non vidébunt.
- 6 Aures habent et non áudient, *
nares habent et non odorábunt.
- 7 Manus habent et non palpábunt, † pedes habent et non ambulá-
bunt; *
non clamábunt in gútture suo.
- 8 Símites illis erunt, qui faciunt ea, *
et omnes, qui confidunt in eis.
- 9 Domus Israel sperávit in Dómino: *
adiutórium eórum et scutum eórum est.
- 10 Domus Aaron sperávit in Dómino: *
adiutórium eórum et scutum eórum est.
- 11 Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino: *
adiutórium eórum et scutum eórum est.
- 12 Dóminus memor fuit nostri et benedícet nobis: † benedícet
dómui Israel, *
benedícet dómui Aaron,
- 13 benedícet ómnibus, qui timent Dóminum, *
pusíllis cum maióribus.
- 14 Adíciat Dóminus super vos, *
super vos et super filios vestros.


- 15 Benedícti vos a **Dómino**, *
qui fecit cælum et **terram**.
16 Cæli, cæli sunt **Dómino**, *
terram autem dedit filiis **hóminum**.
17 Non mórtui laudábunt te, **Dómine**, *
neque omnes, qui descéndunt in **siléntium**,
18 sed nos, qui vívimus, benedícimus **Dómino** *
ex hoc nunc et usque in **sæculum**.

Tempore per annum, canticum Novi Testamenti canitur modo responsoriali, cum Alleluia.

CANTICUM Cf. Ap 19, 1-2. 5-7

DE NUPTIIS AGNI

S A-lus et gló-ri- a et virtus De- o nostro, **R.** Alle-lú-
ia. **V.** Qui- a ve- ra et iusta iu-dí-ci- a e-ius, **R.** Alle- lú-ia,
alle-lú-ia. **V.** Laudem dí-ci-te De- o nostro, omnes servi
e-ius, **R.** Alle-lú-ia. **V.** Et qui timé- tis e- um, pu-síl-li et ma-
gni, **R.** Alle- lú-ia, alle-lú-ia. **V.** Quó-ni- am regná-vit Dó-
mi-nus, De- us noster omní-pot-ens, **R.** Alle-lú-ia. **V.** Gaude- á-



mus et exsultémus et demus gló-ri- am e- i, *R.* Alle- lú- ia,

alle-lú-ia. *ψ.* Qui- a vené- runt núpti-æ Agni, *R.* Alle-lú-ia.

ψ. Et uxor eius præpa-rá-vit se, *R.* Alle- lú- ia, alle-lú-ia.

ψ. Glóri- a Patri, et Fí-li- o, *R.* Alle-lú-ia. *ψ.* et Spi-rí-tu- i Sanc-

to. *R.* Alle- lú- ia, al-le-lú-ia. *ψ.* Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et

nunc et semper, *R.* Alle-lú-ia. *ψ.* et in sæcu-la sæculórum. A-

men. *R.* Alle- lú- ia, al-le-lú-ia.


Lectio brevis

2 Th 2, 13-14


Debémus grátias ágere Deo semper pro vobis, fratres, dilécti a Dómino, quod elégerit vos Deus primítias in salútem, in sanctifi-
 catione Spíritus et fide veritátis, ad quod et vocávit vos per evan-
 gélium nostrum in acquisitionem glóriæ Dómini nostri Iesu
 Christi.

Post lectionem


Ps 146, 5



 r. br. **M** Agnus Dómi-nus noster, * Et magna vir- tus e- ius.



 † Et sa-pi- énti- æ e-ius non est núme-rus. † Gló-ri- a Pa-



tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

*Antiphona ad Magnificat in Proprio.**Magnificat in diversis tonis invenitur in appendice, p. 767 sqq.*

Preces

Laus et honor Christo, qui salváre in perpétuum potest acce-
dentes per semetípsum ad Deum, semper vivens ad interpellán-
dum pro nobis. † Qua fide suffúlti eum *implorémus*:

R. Meménto pópuli tui, **Dómine**.

Iam declinánte die, Sol iustítiæ, te super cunctum genus humá-
num *invocámus*, ut luce tua, numquam decidénte, omnes sine fine
fruántur. **R.**

Custódi testaméntum, quod sáanguine divíno *sanxísti*, et sanctí-
fica Ecclésiám tuam, ut sit immaculáta. **R.**

Meménto, Dómine, congregatiónis **tuæ**, loci habitatiónis **tuæ**. **R.**

In viam pacis et prosperitatís dírige iter *faciéntes*, ut cum salúte
et gáudio ad optáta loca *pervéniant*. **R.**

Animas, Dómine, súscipe *defunctórum*, véniam tuam eis
concéde et glóriam sempitérnam. **R.**

Pater noster, p. 758.

Oratio conclusiva invenitur in Proprio.

Ritus conclusionis, p. 761.

DOMINICA HEBDOMADÆ III

AD I VESPERAS

Ritus initialis

Ÿ. Deus, in adiutórium meum inténde. (Cf. p. 737).


℟. Dómine, ad adiuvándum me festína.

Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

Hymnus

VIII

D E-us, cre-á-tor ómni-um po-líque rector, vé-sti-
 ens di-em de-có-ro lúmi-ne, noctem sopó-ris grá-ti-a,
 2. Artus so-lú-tos ut qui-es reddat labó-ris ú-su-i mentés-
 que fes-sas ál-le-vet luctúsque solvat ánx-i-os, 3. Gra-tes pe-
 rácto iam di-e et noctis ex-órtu preces, vo-ti re-os ut
 ádiuves, hymnum canéntes sólvimus. 4. Te cordis ima cón-




ci-nant, te vox canó-ra cóncre-pet, te dí-li-gat castus a-
 mor, te mens adó-ret sóbri-a, 5. Ut cum pro-fúnda cláuse-
 rit di-em ca-lí-go nócti-um, fides te-né-bras nésci-at
 et nox fide re-lú-ce-at. 6. Christum ro-gá-mus et Patrem,
 Christi Pa-trísque Spí-ri-tum; unum pot-ens per ómni-a,
 fove pre-cántes, Trí-ni-tas. A-men.

Antiphona I


Ps 112, 2

VII C

S



IT nomen Dómi-ni * be-ne-díctum in sáecu-la.



E u o u a e.


PSALMUS 112

Laudáte, púeri Dómini, *
 laudáte nomen Dómini.

- 2 Sit nomen Dómini **benedíctum** *
ex hoc nunc et **usque** in **sæculum**.
- 3 A solis ortu usque **ad** **occásum** *
laudábile **nomen** Dómini.
- 4 Excélsus super omnes **gentes** Dóminus, *
super cælos **glória** eius.
- 5 Quis sicut Dóminus **Deus** **noster**, *
qui in **altis** **hábitat**
- 6 et se inclínat, **ut** **respiciat** *
in cælum **et** in **terram**?
- 7 Súscitans de **terra** **ínopem**, *
de stércore **érigens** **páuperem**,
- 8 ut cóllocet eum **cum** **príncipibus**, *
cum **príncipibus** **pópuli sui**.
- 9 Qui **habitáre** facit **stérilem** in **domo**, *
matrem **filiórum** **lætántem**.

Antiphona 2

Ps 115, 4

C nd 

A- li-cem * sa-lu-tá- ris accí-pi- am et nomen Dó-



mi-ni invo-cábo. E u o u a e.

PSALMUS 115

GRATIARUM ACTIO IN TEMPLO

Per ipsum (Christum) offeramus hostiam laudis semper Deo (Hebr 13, 15).

- 1 Crédidi, etiam cum locútus sum : *
« Ego humiliátus sum **nimis** ».
- 2 Ego dixi in trepidatióne **mea** : *
« Omnis homo **mendax** ».
- 3 Quid retríbuiam Dómino *
pro ómnibus, quæ retríbuit **mihi**?
- 4 Cálicem salutáris accípiam *
et nomen Dómini invocábo.

- 5 Vota mea Dómino **reddam** *
coram omni pópulo eius.
- 6 Pretiósá in conspéctu **Dómini** *
mors sanctórum eius.
- 7 O Dómine, ego servus tuus, † ego servus tuus et filius ancíllæ
tuæ. *
- Dirupísti víncula mea:
8 tibi sacrificábo hóstiam **laudis** *
et nomen Dómini invocábo.
- 9 Vota mea Dómino **reddam** *
coram omni pópulo eius
- 10 in átriis domus **Dómini**, *
in médio tui, **Ierúsalem**.

Antiphona 3

Phil 2, 8.9

H **I**f Umi- li- á-vit semet- ípsum * Dómi-nus Ie- sus,
propter quod et De- us ex-al-távit il- lum in sæcu- la.
E u o u a e.

CANTICUM Phil 2, 6-11

DE CHRISTO, SERVO DEI

- 6 Christus Iesus, cum in forma **Dei** esset, *
non rapínam arbitrátus est esse se æquálem **Deo**,
- 7 sed semetípsum exinanívit formam **servi** accípiens, *
in similitúdinem hóminum **factus**;
et hábitu invéntus ut homo, † ^s humiliávit semetípsum factus
obcédiens **usque ad mortem**, *
mortem autem **crucis**.

- 9 Propter quod et Deus illum exaltávit † et donávit illi **nomen**, *
 quod est super *omne nomen*,
 10 ut in nómine Iesu omne **genu** flectátur *
 cæléstium et terréstrium et *infernórum*,
 11 et omnis lingua confiteátur: *
 «Dóminus Iesus Christus!», in glóriam Dei **Patris**.

Lectio brevis

Hebr 13, 20-21

Deus pacis, qui edúxit de mórtuis pastórem magnum óvium in
 ságuine testaménti ætéрни, Dóminum nostrum Iesum, aptet vos
 in omni bono, ut faciátis voluntátem eius, fáciens in nobis, quod
 pláceat coram se per Iesum Christum, cui glória in sácula sæculó-
 rum. Amen.

Post lectionem

Ps 103, 24

ṙ. br.

Quam magni- fi- cá- ta sunt * Ope- ra tu- a, Dómi- ne.

ṙ. Omni- a in sa- pi- énti- a fe- cís- ti. ṙ. Gló- ri- a Patri, et

Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Antiphona ad Magnificat invenitur in Proprio.

Magnificat in diversis tonis invenitur in appendice, p. 767 sqq.

Preces

Christus pópuli esuriéntis misértus est et prodígia pro illo sui
 operátus est amóris. † Quorum mémores pia devotióne eum pre-
 cémur:

℞. Amórem tuum osténde nobis, **Dómine**.

Confitémur, Dómine, ómnia beneficia nobis hódie de tua bonitáte *processisse*: ne revertántur ad te vácuá, sed fructum áfferant in corde **bono**. ℞.

Lux et salus ómnium géntium, custódi testes quos in univérsum orbem *misisti*, Spíritus in eis ignem *accénde*. ℞.

Fac ut mundum ad præcelléntem dignitátem ipsíus omnes magis *confórment*, quátenus, te regénte, urgentióribus aetátis nostræ postulatióibus generóse *respóndeant*. ℞.

Animárum médice et córporum, ægrótos álleva, moriéntibus *adésto*, et in tuis miseratióibus nos vísitá et *réfove*. ℞.

Defúntos inter beátos annumeráre *dignéris*, quorum nómina sunt in libro **vitæ**. ℞.

Paternoster, p. 758.

Oratio conclusiva invenitur in Proprio.

Ritus conclusionis, p. 761.

AD II VESPERAS

Ritus initialis invenitur p. 737.

Hymnus

VIII

L U-cis cre- á- tor óptime, lu- cem di- é- rum pró-fe-

rens, primórdi- is lu- cis no-væ mundi pa- rans o- rí- gi- nem ;




2. Qui mane iunctum véspe- ri di- em vo- cá- ri præ-ci- pis:




tætrum cha- os il- lá- bi- tur; audi pre- ces cum flé- ti- bus.




3. Ne mens gra- vá- ta crími- ne vi- tæ sit exsul mú- ne- re,



dum nil per-énne có- gi- tat se- sé- que cul- pis íl- li- gat.




4. Cæ- ló- rum pul- set ín- timum vi- tá- le tol- lat præmi- um;



vi- témus omne nóxi- um, purgé- mus omne pés- simum.



5. Præsta, Pa- ter pi- ís- si- me, Patrí- que compar U- ni- ce, cum



Spí- ri- tu Pa- rácli- to regnans per omne sæcu- lum. A- men.


Antiphona 1

Ps 109, 1

VII C2

D

I-xit Dóminus * Dó-mi-no me- o: Sede a dextris



me- is. E u o u a e.

PSALMUS 109

MESSIAS REX ET SACERDOS

*Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius**(1 Cor 15, 25).*

- 1 Dixit Dóminus **Dómino meo** : *
«Sede a **dextris meis**,
donec ponam **inimicos tuos** *
scabellum **pedum tuorum**».
- 2 Virgam **poténtiæ tuæ** emíttet **Dóminus** ex **Sion** : *
domináre in **médio inimicórum tuórum**.
- 3 Tecum **principátus** in die **virtútis tuæ**, † in **splendóribus sanctis**, *
ex útero ante **lucíferum** **génui** te.
- 4 Iurávit **Dóminus** et non **pænitébit eum** : *
«Tu es **sacerdos** in **æternum** **secúndum ordinem Melchí-**
sedech».
- 5 **Dóminus** a **dextris tuis**, *
conquassábit in die **iræ suæ** **reges**.
- 7 De **torrénte** in **via bibet**, *
proptérea **exaltábit caput**.


Antiphona 2


Ps 110, 8

IV a

F

I-dé-li- a * ómni- a mandá-ta e-ius, confirmá- ta





in sæcu-lum sæcu-li. E u o u a e.

PSALMUS 110

MAGNA OPERA DOMINI


Magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens (Ap 15, 3).

- 1 Confitébor Dómino in toto corde **meo**, *
in consílio iustórum et congregatióne.
- 2 Magna ópera Dómini, *
exquirénda ómnibus, qui cúpiunt ea.
- 3 Decor et magnificéntia opus **eius**, *
et iustítia eius manet in sæculum **sæculi**.
- 4 Memóriam fecit mirábiliū suórum, *
miséricors et miserátor Dóminus.
- 5 Escam dedit timéntibus se; *
memor erit in sæculum testaménti sui.
- 6 Virtútem óperum suórum annuntiávit pópulo **suo**, *
ut det illis hereditátem **géntium**;
- 7 ópera mánuum eius véritas et iudícium. *
Fidélia ómnia mandáta eius,
- 8 confirmáta in sæculum **sæculi**, *
facta in veritáte et æquitáte.
- 9 Redemptiónem misit pópulo suo, † mandávit in ætérnum tes-
taméntum **suum**. *
Sanctum et terríbile nomen eius.
- 10 Inítium sapiéntiæ timor Dómini, † intelléctus bonus ómnibus
faciéntibus ea; *
laudátio eius manet in sæculum **sæculi**.

Tempus per annum, canticum Novi Testamenti canitur modo res-
ponsoriali, cum Alleluia.


CANTICUM Cf. Ap 19, 1-2. 5-7

DE NUPTIIS AGNI




S


A-lus et gló-ri- a et virtus De- o nostro, R. Alle-lú-




ia. V. Qui· a ve· ra et iusta iu·dí·ci· a e· ius, R. Alle· lú· ia,




alle· lú· ia. V. Laudem dí·ci· te De· o nostro, omnes servi




e· ius, R. Alle· lú· ia. V. Et qui timé· tis e· um, pu· síl· li et ma·




gni, R. Alle· lú· ia, alle· lú· ia. V. Quó· ni· am regná· vit Dó·




mi· nus, De· us noster omní· pot· ens, R. Alle· lú· ia. V. Gaude· á·




mus et exsultémus et demus gló· ri· am e· i, R. Alle· lú· ia,



alle· lú· ia. V. Qui· a vené· runt nú· pti· æ Agni, R. Alle· lú· ia.



V. Et uxor e· ius præpa· rá· vit se, R. Alle· lú· ia, alle· lú· ia.



V. Gló· ri· a Patri, et Fí· li· o, R. Alle· lú· ia. V. et Spi· rí· tu· i Sanc·



to. *R.* Alle- lú- ia, al-le-lú-ia. *V.* Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et
 nunc et semper, *R.* Alle-lú-ia. *V.* et in sæcu-la sæculórum. A-
 men. *R.* Alle- lú- ia, al-le-lú-ia.

*Lectio brevis**I Petr 1, 3-5*

Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui secúndum magnam misericórdiam suam regenerávit nos in spem vivam per resurrectiónem Iesu Christi ex mórtuis, in hereditátem incorruptibilem et incontaminátam et immarcescibilem, conservátam in cælis propter vos, qui in virtúte Dei custodímmini per fidem in salútem parátam revelári in témpore novíssimo.

*Post lectionem**Dan 3, 56*

R. br.



B Ene-díctus es, Dómi-ne, * In firmamén- to cæ- li.
V. Et laudábi- lis et glo-ri- ó-sus in sæ-cu-la. *V.* Gló-ri- a Pa-
 tri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Antiphona ad Magnificat in Proprio.

Magnificat in diversis tonis invenitur in appendice, p. 767 sqq.

Preces

Deum, qui mundum, olim creatum, redemptione recreavit et semper renovat amore, † lætántibus ánimis invocémus :

℟. Rénova mirabília amoris tui, **Dómine**.

Grátias tibi, Deus, qui poténtiam tuam in univérsa creatióne revelas, et in mundi cursu providéntiam maniféstas. ℟.

Per Fílium tuum, pacis præcónem et in cruce victórem, ab ináni timóre ac desperatióne nos líbera. ℟.

Omnibus, qui iustítiam díligunt atque colunt, concéde, ut sine dolo ad ædificándum mundum in vera pace cooperéntur. ℟.

Adésto oppréssis, captívos líbera, míseros consoláre, † panem tríbue esuriéntibus, firmitátem concéde debílibus, victóriam crucis in ómnibus osténde. ℟.

Qui Fílium tuum post mortem et sepultúram ad glóriam mirabíliter suscításti, defúncos ad vitam cum eo perveníre concéde. ℟.

Pater noster, p. 758.

Oratio conclusiva invenitur in Proprio.

Ritus conclusionis, p. 761.

DOMINICA HEBDOMADÆ IV

AD I VESPERAS

Ritus initialis

Ÿ Deus, in adiutórium meum inténde. (Cf. p. 737).

℞ Dómine, ad adiuvándum me festína.

Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

Tempore Quadragesimæ, omittitur allelúia.

Hymnus

R

E-rum, De- us, fons ómni- um, qui, re-bus actis óm-

ni-bus, to-tí- us orbis ámbi- tum censu re- plé-sti mune-rum,

2. Ac, mo-le tan-ta cóndi- ta, tandem qui- é-tem dí-ce- ris

sumpsísse, dans labó-ri-bus ut nos le- vémur grá- ti- us:

3. Concé-de nunc mor- tá-li-bus de-flé- re vi-tæ crí-mi-na,

instá-re iam virtú- ti-bus et mune- rá-ri próspe-ris, 4. Ut



cum tremé-ndi iú-di-cis horror supré-mus cóe-pe-rit, læ-té-
mur omnes ínvi-cem pa-cis re-plé-ti mú-ne-re. 5. Præsta, Pa-
ter pi-ís-sime, Pa-trí-que compar U-ni-ce, cum Spí-ri-
tu Pa-rá-clí-to regnans per omne sæ-cu-lum. A-men.

Antiphona 1

Ps 121, 7



1a
F I-at pax * in virtú-te tu-a. E u o u a e.

PSALMUS 121

CIVITAS SANCTA IERUSALEM

Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Ierusalem cælestem (Hebr 12, 22).

- 1 Lætátus sum in eo quod dixérunt **mihi** : *
« In domum Dómini íbimus ».
- 2 Stantes iam sunt **pedes nostri** *
in portis tuis, **Ierúsalem**.
- 3 Ierúsalem, quæ ædificáta **est** ut **cívitas**, *
sibi compácta in idípsum.
- 4 Illuc enim ascendérunt tribus, **tribus Dómini**, *
testimónium Israel, ad confiténdum nómini **Dómini**.

- 5 Quia illic sedérunt sedes **ad** iudícium, *
sedes domus **David**.
- 6 Rogáte, quæ ad pacem **sunt** Ierúsalem : *
« Secúri sint *diligéntes* te ! »
- 7 Fiat pax in **muris** tuis, *
et secúritas in **túrribus** tuis ! ».
- 8 Propter fratres meos et **próximos** meos *
loquar : « Pax **in** te ! ».
- 9 Propter domum Dómini **Dei nostri** *
exquíram bona tibi.


Antiphona 2

Ps 129, 4-5

VIII g

S

Us-tí-nu-it * á-ni-ma me-a in verbo Dómi-ni,



spe-rávit á-ni-ma me-a al-le-lú-ia. E u o u a e.

PSALMUS 129

DE PROFUNDIS CLAMAVI

Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum (Mt 1, 21).

- 1 De profúndis clamávi ad te, **Dómine** ; *
- 2 **Dómine** exáudi vocem **meam**.
Fiant aures tuæ **intendéntes** *
in vocem deprecationis **meæ**.
- 3 Si iniquitátes observáveris, **Dómine**, *
Dómine, quis **sustinébit** ?
- 4 Quia apud te propitiátio est, *
ut **timeámus** te.
- 5 Sustínui te, **Dómine**, *
sustínuit ánima mea in verbo eius ;
sperávit * ánima mea in **Dómino** *
magis quam custódes **auróram**.
Magis quam custódes **auróram** *
7 speret Israel in **Dómino**,

quia apud Dóminum misericórdia, *
et copiósa apud eum redemptio.

8 Et ipse rédimet Israel *
ex ómnibus iniquitátibus eius.

Antiphona 3

Sap 10, 14; Sir 15, 6

1f

D E-dit il-li Dómi-nus * cla-ri-tá-tem æ-térnam, et
nómi-ne æ-térno he-re-di-tá-vit il-lum. E u o u a e.

CANTICUM Phil 2, 6-11

DE CHRISTO, SERVO DEI

- 6 Christus Iesus, cum in forma **Dei** esset, *
non rapínam arbitrátus est esse se æquálem **Deo**,
7 sed semetípsum exinanívit formam **servi** accípiens, *
in similitúdinem hóminum factus;
et hábitu invéntus ut homo, † 8 humiliávit semetípsum factus
oboédiens **usque ad mortem**, *
mortem autem **crucis**.
9 Propter quod et Deus illum exaltávit † et donávit illi **nomen**, *
quod est super omne **nomen**,
10 ut in nómine Iesu omne genu flectátur *
cæléstium et terréstrium et **infernórum**,
11 et omnis lingua confiteátur: *
«Dóminus Iesus Christus!», in glóriam Dei **Patris**.

Lectio brevis

2 Petr 1, 19-21

Habémus firmiorem prophéticum sermónem, cui bene fácitis
attendéntes quasi lucérnæ lucénti in caliginóso loco, donec dies
illucéscat et lúCIFer oriátur in córdibus vestris, hoc primum intel-

legentes quod omnis prophetia Scripturae propria interpretatione non fit; non enim voluntate humana prolata est prophetia aliquando, sed a Spiritu Sancto ducti locuti sunt a Deo homines.

Post lectionem

Ps 112, 3-4

ṙ. br.

A so- lis ortu usque ad occá-sum, * Laudábi- le no-
men Dómi-ni. *ṽ.* Super cæ-los gló-ri- a e- ius. *ṽ.* Gló-ri- a
Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

Antiphona ad Magnificat invenitur in Proprio.

Magnificat in diversis tonis invenitur in appendice, p. 767 sqq.

Preces

Christum, in quo lætántur omnes, qui sperant in eum, depre-
cémur:

Ṛ. Réspice et exáudi nos, **Dómine**.

Testis fidélis et primogénite mortuórum, qui lavásti nos a peccá-
tis nostris in sánuine tuo, mirábílum tuórum redde nos **mé-**
mores. *Ṛ.*

Quos Evangélii vocásti præcónes, strénui et fidéles dispen-
satóres mystérii regni tui **inveniántur**. *Ṛ.*

Rex pacífice, véniat Spíritus tuus in illos, qui pópulos **regunt**,
ut óculos in páuperes miserósque **convértant**. *Ṛ.*

Cónsule iis, qui discrímen ob genus, colórem, condiciónem,
sermónem aut religiónem **patiúntur**, ut iúrium suórum ac dignitá-
tis agnitiónem **consequántur**. *Ṛ.*

Omnes, qui in tuo amore decesserunt, beatitudinis redde participes, cum beata Maria Virgine et omnibus sanctis tuis. *R.*

Pater noster, p. 758.

Oratio conclusiva invenitur in Proprio.

Ritus conclusionis, p. 761.

AD II VESPERAS

Ritus initialis invenitur p. 737.

Hymnus

VIII

O

lux, be- á-ta Trí-ni- tas et princi- pá-lis Uni- tas,

iam sol re-cé-dit ígne- us: infúnde lumen córdi-bus. 2. Te

ma-ne laudum cármine, te depre-cémur véspe-re; te nostra

supplex gló- ri- a per cuncta laudet sá-cu-la. 3. Christum

ro-gá-mus et Patrem, Christi Patrísque Spí-ri- tum; unum pot-

ens per ómni- a, fo-ve pre-cántes, Trí-ni- tas. A-men.

Antiphona 1

Ps 109, 3

viii g

E

X ú-te-ro, * an-te lu-cí-fe-rum génu-i te.

E u o u a e.

PSALMUS 109

MESSIAS REX ET SACERDOS

*Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius
(1 Cor 15, 25).*

- 1 Dixit Dóminus Dómino **meo** : *
«Sede a *dextris meis*,
donec ponam inimicos **tuos** *
scabéllum pedum **tuórum**».
- 2 Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex **Sion** : *
domináre in médio inimicórum **tuórum**.
- 3 Tecum principátus in die virtútis tuæ, † in splendóribus **sanctis**, *
ex útero ante lucíferum **genui** te.
- 4 Iurávit Dóminus et non pænitébit eum : *
«Tu es sacerdos in ætérnum secúndum órđinem **Melchíse-**
dech».
- 5 Dóminus a dextris **tuis**, *
conquassábit in die iræ suæ **reges**.
- 7 De torrén-te in via **bibet**, *
proptérea exaltábit **caput**.

Antiphona 2

Ps III, 1

iv* e

I

N mandá-tis e-ius * cu-pit nimis. E u o u a e.

PSALMUS IIII

VIRI IUSTI BEATITUDO



Ut filii lucis ambulate; fructus lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate (Eph 5, 8-9).


- 1 Beátus vir, qui *timet* **Dóminum**, *
in mandátis eius **cupit nimis**.
- 2 Potens in terra erit **semen eius**, *
generátio rectórum **benedicétur**.
- 3 Glória et divítiæ in **domo eius**, *
et iustítia eius manet in **sæculum sæculi**.
- 4 Exórtum est in ténebris **lumen rectis**, *
miséricors et miserátor et **iustus**.
- 5 Iucúndus homo, qui miserétur et **cómmodat**, *
dispónet res suas **in iudício**,
- 6 quia in ætérnum non **commovébitur**. *
In memória ætérna erit **iustus**,
- 7 ab auditióne mala non **timébit**. *
Parátum cor eius, **sperans in Dómino**,
- 8 confirmátum est cor eius, non **timébit**, *
donec despíciat inimícos **suos**.
- 9 Distribuit, dedit paupéribus; † iustítia eius manet in **sæculum**
sæculi, *
cornu eius exaltábitur **in glória**.
- 10 Peccátor vidébit et irascétur, † déntibus suis fremet et **tabéscet**. *
Desidérium peccatórum períbit.

Tempore per annum, canticum Novi Testamenti canitur modo sponsoriali, cum Alleluia.


CANTICUM Cf. Ap 19, 1-2. 5-7

DE NUPTIIS AGNI


S  A-lus et gló-ri- a et virtus De- o nostro, **R.** Alle-lú-

ia. V. Qui- a ve- ra et iusta iu-dí-ci- a e-ius, **R.** Alle-lú-ia,




alle-lú-ia. V. Laudem dí-ci-te De- o nostro, omnes servi




e-ius, R. Alle-lú-ia. V. Et qui timé- tis e- um, pu- síl-li et ma-




gni, R. Alle- lú-ia, alle-lú-ia. V. Quó-ni- am regná-vit Dó-




mi-nus, De- us noster omní-pot-ens, R. Alle-lú-ia. V. Gaude- á-




mus et exsultémus et demus gló-ri- am e- i, R. Alle- lú-ia,



alle-lú-ia. V. Qui- a vené-runt núpti-æ Agni, R. Alle-lú-ia.



V. Et uxor e-ius præpa-rá-vit se, R. Alle- lú-ia, alle-lú-ia.




V. Glóri- a Patri, et Fí-li- o, R. Alle-lú-ia. V. et Spi-rí-tu- i Sanc-



to. R. Alle- lú-ia, al-le-lú-ia. V. Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et



nunc et semper, *R.* Alle-lú-ia. *Y.* et in sæcu-la sæculórum. A-



men. *R.* Alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

Lectio brevis

Hebr 12, 22-24

Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Ierusalem cælestem, et multa milia angelorum, frequentiam et ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in cælis, et iudicem Deum omnium, et spiritus iustorum, qui consummati sunt, et testamenti novi mediatorum Iesum, et sanguinem aspersionis, melius loquentem quam Abel.

Post lectionem

Ps 146, 5


R. br.

M

Agnus Dómi-nus noster, * Et magna vir-tus e-ius.



Y. Et sa-pi-énti-æ e-ius non est nú-mer-us. *Y.* Gló-ri-a Pa-



tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

Antiphona ad Magnificat in Proprio.

Magnificat in diversis tonis invenitur in appendice, p. 767.

Preces

Gaudéntes in Dómino, a quo omne bonum descéndit, ipsum sincéris méntibus *deprecémur*:

R. Dómine, exáudi oratió*ne*m **no**stram.

Universórum Pater et Dómine, qui Fílium tuum in mundum misísti, ut nomen tuum glorificarétur in *omni loco*, testimónium Ecclésiæ tuæ róbor*a* apud **gentes**. *R.*

Fac nos Apostolórum prædicatió*ni* **dó**ciles, et fidei nostræ veritáti **confór**mes. *R.*

Qui díligis **i**ustos, iudícium fac iniúriam patiéntibus. *R.*

Compeditos solve, cæcos **illú**mina elísos érige, ádvenas **custó**di. *R.*

In tua iam dormiéntium pace votum complére **dignér**is: da eos per Fílium tuum ad resurrectiό*ne*m sanctam **pervení**re. *R.*


Pater noster, p. 758.

Oratio conclusiva invenitur in Proprio.


Ad dimissionem, p. 761.

OFFICIUM DEFUNCTORUM


Hymnus

II
I

Mménsæ rex pot-énti- æ, Christe, tu Pa-tris gló-



ri- am nostrúmque de- cus mó- li- ens, mortis fre-gís-ti



iá-cu- la. 2. Infirma nostra sú-bi- ens magnúmque pe- tens



proe- li- um, mortem qua ser-pens ví- ce- rat, victor calcás-ti




mó-ri- ens. 3. Surgens fortis e túmu-lo, paschá-li nos mys-



